

**R**ationem verè & rectè disputandi seu probandi potius inter omnes sanos ac prudentes convenire & constare arbitror hanc, ut, quod tu seu credas seu non credas, me verò credere velis, firmis & in se in viciis atq; ex intimis rerum credendarum visceribus eductis argumentis probes atq; demonstres. Nam quod ex Aristotele afferri solet (cap. 2. Elench. Sophistic.) Δέ πιστεύειν τον μαρτίου οὐτε, Oportet discentem credere, quod & B. Augustinus (lib. II. de Ordine c. 9.) ambitiosius exponit, illud eò usq; valet, dum discipulus adhuc es atq; rerum seu disputationum imperitus, quā abstersā mendā cessat etiam temporanea illa regula, quod & l.c. concedit B. Pater, inquiens, Si per proposita præcepta docilis factus (discens) fuerit, tum demum discet, et quantum à ratione prædicta sint ea ipsa, quae sequuntur est anter rationem, & quid sit ipsa ratio, quam post autoritatis cuiabula firmus & idoneus jam sequitur & comprehendit; & ipsi, alias increduli, apud Evangelistam (Job. IV, v 42) fatentur & concedunt Samaritani, Jam propter tuam (mulieris quæ de Messiā retulerat) orationem credimus, ipsi enim audivimus & scimus, quod hic est verè Servator mundi Christus. Quamquam enim hoc altius excurrat, cùm non ψιλὸς ἀνθρώπος, sed θεῖος ἀνθρώπος heic loquutus fuerit, apud quem veritas non tam ab objecto pendet quam à subjecto, quod in nobis hominibus contrario se ē habet modo, exinde tamen duo probationum momenta fortiter eliciuntur, quod paullò post videbimus. Alias, quod ab initio dicere ingressus sum, credituro seu, ut generalius loquar, affensuro h.e. πειθομένῳ, demonstrari omnino & opus & necesse est, non tam τοιηνδιόν, quid sit & quod reverā sit, quam ipsum τὸ δίόν, quoniam & propter quam causam ita sit, ut audiens seu cognoscens postea reddatur quasi αυτοπίων. Atq; hoc ipsum sane ex sola autoritate dicentis sive docentis oriri & proficiisci non potest, ut qui & in apprehensione & in accommodatione, applicatione seu judicio falli omnino potest, confirmante hoc non solū sacrā Scripturā, sed comprobante etiam cottidianā experientiā

αἰματάνειν καὶ τὸ σοφῆς σοφῶτερον.

Unde